

Ponuntur, & resolvuntur argumenta ad-versariorum.

320 Arguunt primò, quia in fronte libri Psal-morum non ponitur nomen alicujus Auctoris sed simpliciter Liber Psalmorum, ergo si hic li-be: esset compositus totus a Davide, scriberet-ur, Liber Psalmorum Davidis. Ratio autem est valde infirma, quia multi libri sacra Scriptu-ræ non habent in fronte præfixum nomen sui Auctoris. Sic & Pentateuchus cum suis quin-que libris Genesis, Exodi, Levitici, Numero-rum, ac Deuteronomij, sic etiam Libri Judi-cum, Ruth, & Tertij, & Quarti Regum, ac duo-rum Paralipomenon, in initio non scribantur nomina suorum Auctorum. Quid ergo mirum, si nec in isto libro Psalmorum?

321 Arguunt secundò, & non leviter Multi sunt Psalmi, qui in titulo alia nomina præferunt, ut Idubun Psalm. 34. & 61. & nomen Asaph in ti-tulo psalm. 49. & 72. usque ad 82. Alij vero Psalmi in titulo habent duo nomina, ut Idubun, & David, nempe Psalmi 38. & 61. & alius Psalm. 76. nempe habet in titulo hæc duo nomina Idubun, & Asaph; ergo diversi sunt Auctores Psalmorum. Et confirmatur, quia multi Psalmi habent pro titulo, Filius Core, psalm. 41. 43. & multi deinceps: ergo etiam isti fuerunt Psalmographi. Et ita tenent Sixtus Senensis, Haymon, & alij.

Respondetur, quòd David componebat Psalmos, & eos dabat suis Cantoribus ad canendum, vel ipse cum eis illos canebat. Nam Asaph erat Magister musicæ, seu prin-cipex Cantorum David, ut dicitur 1. Paralip. 16. num. 5. & cap. 25. num. 1. & Idubun, quamvis aliqui velint, quòd sit instrumentum musi-cum, tamen aperte constat ex 1. Paralipom. cap. 16. quòd erat unus ex Cantoribus, dicitur ibi num. 42. Heman quoque, & Idubun canentes tuba Et valde frequens est in Canti-cis, ut unus incipiat, & alij proseguantur. Sic post transitum maris rubri incepit Moy-ses intonare: Cantemus Domino: gloriosè etenim magnificatus est. Exod. 15. num. 1. & totus populus proseguens est num. 20. Sic post dictum illum canticum magnum, Au-dite celi, quæ loquor; ad finem illius dicitur Deuter. 32. n. 44. Venit ergo Moyses, & locu-tus est omnia verba Cantici hujus in auribus populi, ipse, & Iosue filius Num. Nam cum Moy-ses esset senex, vox ejus non poterat audiri à toto populo, & inde, ut inquit Marzilla, Cajetanus, Lorinus, quæ Moyses dicebat, re-petebat Josue, ut audiretur à toto populo, & ita ait Menochius: Moyses in canendo socium habuit Josue.

323 Ad confirmationem respondetur, quòd ti-tulus Psalmorum, non est psalmus filiorum Core, seu Psalmus filijs Core, sed pro filijs Core, nempe ad canendum. Nam isti filij Co-re erant Levitæ, & Cantores, ut pater ex 2. Pa-ralip. cap. 29. num. 19. Ac proinde David com-ponerat tales psalmos, ut ab ipsis filijs Core peculiariter canerentur.

324 Arguunt tertid. In quibusdam Psalmis, ex titulo videtur non esse compositos à Davide. Nam Psalmus 64. habet titulum, Canticum Jeremie, & Ezechielis pro populo transmigra-

tionis: ergo hic Psalmus videtur composi-tus à Jeremia, vel Ezechiele sub tempore transmigrations. Item Psalmus 70. habet ti-tulum Filiorum Jonadab, & priorum captivo-rum. Et Psalmus 136. habet in titulo Je-mia. Psalmus 111. In ejus titulo legitur Altera reversionis Aggai & Zacharia, & Psalmus 145. Sic Altelia Aggai, & Zacharia, ergo isti Pro-phetæ, ut Psalmographi numerandi sunt, & non solus David.

Respondetur primò, quòd in Textu He-bræico tales tituli non habentur; unde sit ma-nifestum, quòd à Septuaginta sunt appositi, tanquam talibus occasionibus, ac eventibus maximè proportionatis, vel etiam quia spiritu prophetico illa prædixit David, & idèd maxi-mè Psalm. 64. & 111. & 146. illa decantat ad consolationem captivorum, & ut spem con-ciperent melioris fortune, ac reversionis, & similiter quòd tales psalmi ab ipsis Prophe-tis Jeremia, Zacharia, ac Aggai, erant in illis occasionibus decantandi, per omnia David suo spiritu prophetico prædixit, ut ad citatos Psalmos notant Sancti Patres Au-gustin. Chrysostom. Ambros. Remig. No-ster Incognitus, sicut & David multa futura prædixit, ac prædixit circa Christum Domi-num, statum Ecclesiæ, ac futurum judicium.

QUESTIO XVI.

Quis sit Auctor Pro-verbiorum?

SUMMARIUM.

- 326 Proverbia, liber Canonicus, illius argumen-tum, virtutum instructio.
327 Totus liber à Salomone est compositus.
328 Illa addituncula cap. 25. est Canonica.
329 Opponuntur dicta in c. 11. & 32. & solvuntur.
330 Agur est nomen appellativum Salomonis, id est congregans.
331 Lamuel etiam est nomen appellativum Sa-lomonis, & idem valet, ac cum illo Deus, quod dicitur de Salomone, in ipse Christi figura.

PROVERBIA, seu Parabola Salomonis liber est canonicus, ut est de fide certum ex Concilio Trident. sess. 4. proindeque in eo con-tenta certa sunt de fide; & inde quòd Salomon sit ejus Auctor, in quo conveniunt omnes Pa-tres tam Græci, quam Latini, & statim in pri-mo limine dicitur, Parabola Salomonis filij David Regis Israël; ac proinde cum hoc co-incidentur in corpore ipsius libri, de fide certum est Salomonem esse illius Auctorem. Totius li-bri argumentum est persuadere ad mores ho-minum formandos ac reformandos, unde ex Græco hic, liber potest dici virtutum præceptor, & sic in Arabico Titulus libri est, Proverbia Salomonis sapientis, id est conciones ejus, qui regnavit in Israel.

Tamen difficultas est, an Salomon totum hunc integrum librum composuerit nam c. 25 num. 1. dicitur: Ha quoque parabola Salomo-nis, quas transfulerunt viri Ezechia regis Juda: ergo non solum Salomon, sed etiam aliqui

aliqui alii in hunc librum aliquid transtole-runt, id est addiderunt parabolas. Argu-mentum tamen nullam habet vim, nam om-nes parabola, quæ sunt in toto corpore hu-jus libri, sunt Salomonis, & ita expressè, ut bene advertit Lyranus, denotatur in præ-senti, cum dicitur. Ha quoque parabola Sa-lomonis, quæ per varias lechodulas ferebantur dispersæ ne omnino perirent, viri pii, & docti ex mandato Ezechia Regis collegerunt in uno libro ac volumine, expurgatis multis er-roribus, & idèd transfulerunt, non significat ex una in alteram linguam, sed ex variis sche-dulis sparsim transfulerunt in unum librum. & verbum illud. Transfulerunt, ex Hebræo legitur, fortificaverunt imponendo uno libro authenticum.

Lyran.

Hebræus.

328. Salazar. Cornelius.

329. Cap. 30.

Cap. 31.

330. Lyra. Beda. Hugo. Pelrar.

Cajetanus.

Chaldæus.

331. Proverb. 3.

Beda. Lyran. Garkuf.

Patri ejus Davidi, Quomodo fuit Dominus cum Domino meo Rege, sic sit cum Salomone. 3. Reg. 1. num. 37. & sic dicitur Salomon, quia 3. Reg. 3. fuit figura Christi Domini qui dicitur Em-manuel id est, nobiscum Deus. Mai 7. num. 14. Deinde Salomon prius dicitur Agur, id est congregans, quia ipse nempe congregavit, ac collegit mentem suam ut edificaret magnifi-cum Dei templum. Inde dicitur Lamuel, quia cum illo fuit Deus, ut eum erudiret, ac illu-minaret. Et subditur: Visio, quia eruditus eum mater sua: dicitur visio, id est doctrina per revelationem accepta, quia eruditus eum mater sua. Ut ostendat Salomon, quòd servavit in se, quòd alios docuerat servare. Audi fili disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Proverb. 1. n. 8.

Proverb. 1.

QUESTIO XVII.

Quisnam sit Auctor libri, qui dicitur Ecclesiastes?

SUMMARIUM.

- 332 Liber Canonicus.
333 Ex multiplici ratione Salomon dicitur Ecclesiastes.
334 Una sententia affirmat, quod Salomon sen-tentias non dictavit, sed colligavit in uno libro.
335 Altera sententia, & vera Salomon utrum-que fecit.
336 Argumentum libri elevare mentem à ter-renis.
337 Una sententia affirmat librum ab eo compo-situm esse lapsum.
338 Vera sententia ante lapsum, & peccata.

Hic liber Canonicus ut de fide certum est, & sic habetur definitum in Canone Apostolorum, ac in conc. Laodic. Carthag. Florent. ac Trident. sess. 4. sic tenent omnes Sancti Patres D. Athanas. D. August. D. Hier. in Prologo Galeato. Innoc. I. Gelasius, & cæteri Patres, qui Catalogum librorum Canonico-rum texuere; & Hæretici hanc auctoritatem non audent huic libro denegare: nisi tantum illi majori ex parte, ipsum librum negant, & non admittunt.

Hic liber dicitur Ecclesiastes. Sic se ipsum nominat Salomon in prima fronte libri: ver-ba Ecclesiasta filij David Regis. Dicitur Ec-clesiastes Hebræicè, Coheloth, id est congregatoris, collectoris, concionatoris. Cur au-tem Salomon in hoc libro dicitur collector, seu congregator, quæres. Respondet primò Jacobus Christophol. præfatione in Cantica, quia omnes sententias Patris sui David, Pa-triarcharum, ac Prophetarum collegit, ac co-accervavit in hoc uno libro. Secundò, Arias Mon-tanus, Cajetanus, quia singulas res mundi, ac omnes illius species in hoc uno eas coaccerva-vit, ac collegit; tanquam in Epilogo, ac Ci-phra, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Tertio, Divus Nyssen, & alii tanquam gratus Salomon omnes scientias congregatas sibi à Deo esse datas. Quarto, & magis genuinè, Sylvæna Opuscula. E 2 quòd

332. Trident. D. August. D. Hieron. Innocent. I.

333. Ecclef. 1.

Christopol.

D. Nyssen.



quod omnem hominum multitudinem in unam congregationem, seu Ecclesiam ordinatam colligebat, ut per Sapientiam sibi datam eos doceret, ac erudiret ad veritatem. Ita D. Gregor. lib. 4. Dialog. ait: *Hic liber concionator dicitur, in concione vero sententia proponitur per quam tumultuosa turba sententia comprimitur, sed concionator verax quasi extensa manu tumultum omnium sedat, eosque ad unam sententiam revocat, cum in ejusdem libri termino ait: Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata ejus observa: hoc est enim omnis homo.*

334. Ut aperire patet ex ipsa fronte libri Salomon est illius Auctor. Verba Ecclesiastica filii David Regis. Et in hoc conveniunt omnes, & agnoscunt Salomonem illius Auctorem. Tamen maxime dubitator. Supposito quod Salomon sit Auctor, & dictator sententiarum, quæ in hoc libro continentur, quæritur an ipse has sententias collegerit, ac composuerit in uno libro, vel sententias ab ipso dictas, alius eas collegerit, & adunaverit in uno volumine? Hoc secundum affirmant multi Rabbini Thalmudici, quos citat, & sequitur Euseb. in c. 1. Genes. quos etiam citat Canus lib. 2. de locis c. 11. qui dicunt Salomonem has sententias protulisse, ab Isaia verò fuisse collectas, & in uno libro ordinatas. Sed ut verum fatear, nullam video fundamentum in hac sententia; pro qua etiam citantur Hugo, & Dionys. Carthus.

335. Simpliciter dicendum est, quod Salomon has sententias dictavit, composuit, ac adunavit in uno libro. Hac sententia constat ex hoc libro c. 12. n. 9. *Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, & narravit quæ jecerat, & investigans composuit parabolas multas & quæ scripsit verba utilia, & conscripsit sermones relictissimos.* Cum ipse de se dicat, quod composuit, & conscripsit, quid elatius, & quid amplius quaerendum? Nec obstat id quod dicitur, quod in his sententiis proferendis, nec servatur ordo, nec nexus; hoc enim videtur in Prophetis, & in reliquis Scriptoribus Canoniceis, qui non scribunt ex suo Marte, sed prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis; & quia multoties ipsa sublimitas, & altitudo mysteriorum non capitur a nobis.

336. Totum argumentum hujus libri est, ut homines traducat a sensibilibus, ad superna elevet contemptis omnibus terrenis. Sic D. Gregor. Thaumaturgus in initio hujus Paraphrasis, & ait: *Ostendit quam vana, & inutilia sunt omnia hominum negotia, & stultitia qua in humanis rebus suscipiuntur.* Similiter D. Nyssen, in praefatione hujus libri D. Bernard. serm. 1. in Cant. D. Chrysost. homil. 3. ad populum. De quo latius dicam ad finem quaestionis sequentis.

337. Quaritur hic etiam, quo tempore Salomon hunc librum scripserit? Hebraei, esse D. Hieronymo, quos multi Recentiores sequuntur, dicunt hunc librum compositum à Salomone post poenitentiam factam de sua luxuria, ac idololatria, indeque clamat, *Vanitas vanitatum ac omnia vanitas, quam ostentavit in tanto rerum apparatu, habens trecentas concubinas, & uxores 70.*

338. Bellarm. lib. 1. de Verbo Dei, cap. 5. quem alii sequuntur, existimant librum ab eo scriptum ante suorum peccatorum lapsum. Et Primò,

quia suorum peccatorum nullam mentionem facit in hoc libro, imò contrarium indicat, dum ait c. 2. n. 9. *Supergressus sum opibus omnes, qui fuerunt ante me in Jerusalem, sapientia quoque perseveravi mecum.* Quomodo potest dici, quod in tot, & tam gravissimis peccatis perseveravit in eo Sapientia, cum potius fuerit in eo error & stultitia? Secundò quævis ipse in hoc libro rerum detestetur vanitates, vanitas vanitatum, quam ipse per suas species explicat in opibus, deliciis, honoribus, palatiis, cantibus a amplà mensa cum poculis, nullam mentionem facit de idololatria, quæ ut gravissimum peccatum maxime erat detestandum, & abominandum, maxime cum ipse omnium Regum Israël pius introduxit idola in Judæam, quæ proinde in ea perseveraverunt per trecentos annos usque ad Isaia Regem.

QUESTIO XVIII.

Quis sit Libri Canticorum Auctor.

SUMMARIUM.

- 339. Contra Hæreticos statuitur librum esse Canonicum, & de fide, & n. 340.
- 341. Auctor hujus libri Salomon.
- 342. Ponitur primum argumentum, cum sua confirmatione, & solvitur, & n. 343.
- 344. Ponitur secundum argumentum, & solvitur, & n. 345.
- 346. Argumentum operis.
- 347. Valde ordinatè Salomon procedit in his tribus libris.
- 348. In Proverbiis docet incipientes, in Ecclesiaste proficientes, in Canticis perfectos.
- 349. De tempore, quo scripsit Salomon.

Fuerunt Hæretici, quos referunt Philastrius lib. de Hæres. cap. 133. & Jacobus Ch. isto politan. praefat. in Cantica, qui dixerunt hunc librum non esse Canonicum, nec spiritum Dei, sed cupidinis scriptum; & hunc errorem Castalionus praefatione in Josue, tribuit in hac ætate B. zæ.

Certum de fide est librum esse Canonicum, superno, & alto Dei amore scriptum. Sic definitum est in Conciliis Carthag. 111. Florentino, & Tridentino, sequuntur omnes Patres, qui in magna veneratione habent hunc librum Origenes, D. Gregor. Nyssen. Theodor. D. Ambros. D. Bernard. Bedæ, D. Anselmus, & omnes alii; & evidenter patet, hanc sponfam esse spirituales, non corporales, eique dat Epitheta, quæ corporalem decorant, spirituales exornant; nam ei tribuit caput instar Carmeli, oculos instar piscinæ, nasum instar turris, dentes instar gregum detonsarum, ubera veluti hinnulos; & denique eam totam nigram dicit, *Sicut tabernacula Cedar.* Denique modò eam dicit sponfam; modò foretorem, modò Reginam, ac filiam Principis, modò russicanam cap. 1. *Vineam meam non custodivi, & cap. 5. Abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos.*

Auctor

Auctor libri.

341. Titulus. Auctor istius libri est Salomon Et sic in nostra vulgata prægigitur Titulus, *Canticum Canticorum Salomonis.* In Textu Hebraico habetur *Canticum Canticorum, quod est Salomonis.* Et patim Salomon in hoc libro de se loquitur cap. 5. n. 7. *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambunt. n. 9. Periculum fecit sibi Rex Salomon, & n. 11. Videre filia Sion Regem Salomonem in Diademate.* Et ita sentiunt, & tenent omnes Patres, & Doctores Catholici.

342. Sed contra objicies. Primò Septuaginta legunt *Canticum Canticorum Salomonis* in Dativo; ergo hic liber non videtur compositus à Salomone, sed ab alio dedicatus, ac consecratus ipsi Salomoni; quod inde desumitur: nam duobus libris antecedentibus Proverbiorum, ac Ecclesiastes Salomon se Auctorem nominat in fronte; ergo si esset Auctor hujus libri, etiam suum nomen exprimeret. Respondet Episcopus Chrysostomus, quod Rex Salomon ita scripsit suum librum, quia eum dedicavit, ac consecravit vero Regi pacifico Salomoni, Christo Jesu, sub ejus nomine spiritualiter loquebatur, & quem spiritualiter intelligebat, & ad quem sermonem dirigebat. Magis genive die, quod frequenter Hebraei, & Græci utuntur genitivo pro dativo, & dativo pro genitivo, ut observant Sixtus Senensis in Biblioth. lib. 2. verb. *Chirograph.* Lorin. praefatione in Psal. cap. 2. § Sed & nil refert. Cornelius Prolog. in Cantic. c. 2. nam in Psal. 15. & Psal. 31. & Psal. 68. & tamen in eorum titulo est Psalms Davidi in dativo, pro, Psalmus Davidis, nam ipsi Psalmi à Davide fuerunt compositi, ut patet ex aliis locis Scripturæ, ut dixi supra g. 15. num. 41. proindeque more Hebraico, vel Græco idem est, quod dicitur Salomoni, vel Salomoni, ut rectè notavit Origenes, & ait, *Salomonis, vel Salomoni, ostendit hoc opus tantum esse Salomonis.*

343. Ad confirmationem dicimus, quod nullam vim habet: nam ex eo, quod Salomon posuit nomen suum in duobus prioribus libris Proverb. & Ecclesiastes, inde non sequitur, quod debebat ponere nomen suum in omnibus suis libris, sicut non posuit in libro Sapientie, ut dicam quaestione sequenti; & Esdras licet posuerit suum nomen in libro à se composito non tamen posuit in libris Paralip. & aliis Deinde ut ait D. Bernardus serm. 1. in Cantic. ait quod Salomon sub metaphora ponit suum nomen in principio; nam Salomon, id est Rex pacificus, & hic liber incipit per oscula, quæ sunt signa pacis: *Osculetur me osculo oris sui.* Cant. 1.

344. 3. Reg. 4. Objicies secundò, Scriptura faciens mentionem de operibus Salomonis. 3. Regum 4. num. 32. ait, *Locutus est Salomon tria millia parabolarum, & fuerunt carmina ejus, quinque millia.* Sub hac autem phrasi non veniunt Cantica; ergo Salomon non composuit Cantica, nam si hæc composuisset, etiam hoc diceret Scriptura.

345. Responderet. Canticum Canticorum sub generali carminum narrativa contineri est enim quoddam carmen, & nuptialis pœsis. Ita Syzyria Op. scula.

rem explicant Origenes, Gregor. & Nazianz. Origenes, & ceteri asserentes hoc Canticum esse Drama sponsale, sive nuptiale carmen Unde Divus Basilus Magnus in illud Isaia. 5. *Cantabo dilecto meo Canticum dilecti mei,* ait Sanchez Doctor: *Canticum Canticorum nuptiale est carmen dramatico opere textum.* Drama est rei representatio actus Concediarum per varias personas inter se loquentes miro carminis artificio. Ex quo Sixtus Senensis verb. Salomon, sic ait *Composuit & Salomon carmina quinque millia, ex quibus liber, qui inscribitur Canticum Canticorum, solus inscribitur, seu servatur ceteris Ierosolymorum absumptis incendio.*

Argumentum operis, ac ordo in ceteris libris Salomonis.

Salomon hoc Canticum Canticorum composuit, occasione nuptiarum cum filia Pharaonis. Cantic. 1. num. 9. *Equitavi meo in curribus Pharaonis, assintavi se.* Et ita in tantum eam dilexit, ut à nomine suo eam Salomonem, vel Sulamiti diceret, quamvis hæc grammaticaliter intenderit Salomon. Tamen divinus Spiritus mentem ejus elevavit, ut alta, & suprema mysteria eructaret, ac denotaret. Cum Salomon sit Christi figura in his declarat Christus suam extremam charitatem, eam, ac sollicitudinem erga suam sponsam dilectam Ecclesiam, & inde ex suo nomine Christianam appellat, filioque ejus Christianus dicit, & hic etiam declaratur exinus amoris effectus ipsius Ecclesiæ cum filiis suis erga suum dilectum sponsum Christum Jesum qui ob ipsum quaerendum pertulerunt vulnera, & persecutiones à malis custodibus, & dominis civitatum.

Hinc valde ordinatè Salomon in his tribus libris procedet: nam in Proverbiis tractat Ethicam, in Ecclesiaste Physicam, in Canticis Theologiam, ut docent Origenes Prologo in Cantica. D. Basilus homil. 1. in Proverbiis. D. Ambros. in Psal. 36. D. Hieron. epistol. ad Paulin. & ait. *Salomon pacificus, & amabilis Domino mores corrigiunt (nempe in Proverbiis) naturam docet (in Ecclesiaste) Ecclesiam jungit, & Christum (in Canticis nempe) Sanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium.* Hoc est carmen in thalamo, seu nuptiis: & magna dispositione Salomon procedit in his libris. Nam in proverbiis fideles instruit in lege Dei, ac virtutum tramite. In Ecclesiaste vanitatem mundi ostendit ipsamque cum omnibus suis rebus contemnendam. In Canticis verò omnes à terrenis avulsos ad arctissimum charitatis vinculum cum Deo jungit, & traducit.

Unde in Proverbiis docet incipientes, ac ingredientiæ viam justitiæ, ac veritatis in Ecclesiaste proficientes & jam ad altiorem virtutis gradum tendentes. Auctor Catena Græcæ ad initium Proverbiorum ait, *Proverbia, ait, spectant ad hominem spirituales vite viam primum ingressum; Ecclesiastes ad animam aliquatenus in virtutum studio progressam, Cantica ad animam virtutibus jam consummata statum.* Similiter D. Bernardus in Cantic. D. Berge